



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Spolia clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

2 Priuatur omni priuilegio clericali, officio, dignitate, & beneficio, idem *Anno* 1568.

V. Degradatio. n. 12. Irregularitas nu. 23.

ADDITIO.

- 1 **B**Villa Pij V. est contra exercentes, quod significat frequentiam actus. *Quar. V. Sodomia.*
- 2 Agentes tantum comprehenduntur *Caet. V. Mollities.*
- 3 In casibus Episcopo reseruatis includi patientes volunt *Esc. in Prax. tom. 3. resol. 57. num. 7. & Bonac. de matrim. quest. 4. punct. 11. num. 2.*
- 4 Attendenda sunt verba Decreti Episcopalis.

Spolia Clericorum.

- 1 **S**poliorum nomine non veniunt distributiones Canonici defuncti. *Congregat. Episcop. 29. Decemb. 1600.*
- 2 Neque veniunt paramenta, vasa, Misalia, sacri libri, res sacrae, & alia ad usum, & cultum diuinum, etiam in capellis priuatis. *Pius V. Anno 1567.*
- 3 Et applicanda sunt ecclesijs, quibus beneficiati praefuerunt, ita ut propria auctoritate eadem possint illa apprehendere. *idem. ibid.*
- 4 Si beneficiatus pluribus Ecclesijs praefuit, praedicta in ter ea proportionabiliter diuidantur. *ibid.*
- 5 Neque veniunt scamna, cathedrae arcae etiam lignae, mensae, tabulae, doli vinaria, neque alia similia suppellectilia. *idem. ibid.*
- 6 Neque bona illius, qui viuens non habuit redditus, seu pensiones ultra 30. ducatos auri de Camera, nisi illicitae negotiationis sit reus. *ibid.*
- 7 Vbi non sunt Collectores spoliorum pro Camera Apostolica fructus beneficiorum in obitu beneficiatorum maturati inexacti cum effectu, etiam sponte oblatis, spectant ad successores in beneficijs, non ad haeredes. *Iulius III. Anno 1550.*
- 8 Debita contracta occasione beneficiorum, quae aliunde persolui nequeunt, ex eorum bonis soluantur. *ibid.*
- 9 Legata ad pias causas a beneficiatis in sanitate constitutis facta soluantur de fructibus. *ibid.*

10 Regulariter ad Cam. Apostolicam spectant spolia clericorum, si non adest facultas testandi. *Paul. III. Anno 1542.*

11 Eisdem applicantur fructus omnium beneficiorum Sedi Apostolicae reseruatorum, seu affectorum pro tempore vacantium. *Pius IV. Anno 1561.*

12 Clericorum item bona ex illicita negotiatione acquisita. *idem Anno 1560. Vide sup. Clericus. num. 82.*

13 In Regno Neapolitano quicumque fructus pendentes, etiam nondum separati a solo, seu nondum exacti usque ad diem adeptae possessionis per successores in eis maturandi pro rata temporis ad Cam. Apost. spectant. *Sixtus V. Anno 1589.*

14 Spoliorum Subcollectorum causa ad Nuncium pertinent *Congreg. Epif. 14. Decemb. 1619.*

Studia litterarum.

V. Canonorum Residentia. a. n. 8. ad 22.

Subcollectores.

V. Exempti. num. 9. Spolia clericorum num. 14. Visitatio Episcopi. num. 33.

Subsidium caritatum.

- 1 **P**atriarcha, & Archiepiscopus non possunt illud exigere a Clero Prouinciae, extra Dioecesim. *Barbos. alleg. 87. num. 9.*
- 2 Potest Episcopus compellere subditos ad illud soluendum ex manifesta, & rationabili causa. *idem. ibid. n. 5. 7.*
- 3 Cause rationabiles sunt consecratio Episcopi, vel solutio debitorum contractorum pro tuendo iure Ecclesiae. *ibid. n. 29.*
- 4 Item magnae expensae in negotiis communibus totius Dioecesis pertractandis. *num. 30.*
- 5 Fabrica quoque Cathedralis Ecclesiae. *num. 32.*
- 6 Visitatio liminum Apostolorum. *n. 33.*
- 7 Iter ad Papam, vel Regem pro utilitate suae ecclesiae, vel ecclesiae vniuersalis. *num. 32.*
- 8 Iter ad Concilium Prouinciale. *n. 34.*
- 9 Potest exigere etiam sub excommunicationis poena. *num. 7.*

10 Cum